

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Carminvm Iacobi Albani Ghibbesii, Poetae Lavreati  
Caesarei, Pars Lyrica**

**Gibbes, James Alban**

**Romae, 1668**

Raynaldo Card. Estensi, Ad Vrrem Proficiscenti. Romam illius  
magnificentiae, ac rerum præclarè gestarum dignum theatrum fore. Ode  
XXIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13378**

## ODE XXII.

**C**Resce formosæ puer albe matris,  
Digna tam magno genitore proles  
Cresce, fratnos properisquæ vincere  
Mensibus annos.

Te Deæ natum Paphiæ seuerâ  
Lege iurareim, nisi quod Cupido  
Gratijs gaudet Veneris tribus, te  
Mille sequuntur.

Sic tuam matrem Cyprin ipse vultu  
Crederem falsus, nisi quod Venus se  
Vnicâ gaudet, Veneres at illam  
Mille coronant.

RAYNALDO CARD: ESTENSI,  
AD VRBEM PROFICISCENTI.

*Romanum illius magnificentiae, ac rerum præclarè gestarum dignum theatrum fore.*

## ODE XXIII.

**I**Bis Troiugenum celsa Quiritium  
Longo tecta & opes visere limite  
Turbæ ritè sequacis,  
Primis non sine ciuiibus,

**RAYNALDE**, à veteri nobilis Atio,  
Princeps. Ibis ouans aduena tertium,  
Ex quo purpura clarat

Te sacrum Latij patrem.  
Eheu! præcipitem quæ fuga propulit  
Me sic Urbe procùl; quæ cohabet mora,

Vt deducere fulgens.  
Non possim ad Capitolium?  
Illic continuis Martia plausibus  
Gens cum voce manus deteret, ac nigræ

Noctis

Noctis signa resoluet ex auro rosas oscillatē spongiā  
 Tortorum artibus ignium. Suspensas abus oscillatē  
 Illic flore vias, & Babylonij. Intraeas domos illas: exī  
 Cernes, quā graderis, diuitijs domos  
 Arridere curuli, sublatis tubis sonus. O  
 Occentantibus vndique exī. Exī.  
 Centeno ore tubis. Tunc, bone Galliae  
 Custos, tunc &c, iō Lusiadūm pugil,  
 Fas audire, triumphē,  
 Quouis vrbis ab angulo.  
 Quid mirum, grauibus par vbi Gallia  
 Sensit consilijs pectus; & alite  
 Rixam finiet albā  
 Hæres verus Vlyssē?  
 Librat sceptrā Deus lance superbīæ  
 Plerumque: ac tenuem sāpē potentior,  
 Ut balæna siluros,  
 Absorbet: celeri tamēn  
 Sors hunc, si libeat, restinuit vice, &  
 Tantundem trutinam pendet in alteram  
 Multos perditus annos  
 Rex uno eminuit die.  
 Regem plebis amor, non dolus efficit,  
 Non vis. Herba malis est patientia;  
 Cui nec Phasis amatrix,  
 Nec Circe similem leget.

## IN D. FRANC. SALESIVM HYMNVS.

## O D E X X I V.

**L**AETA Franciscos capit usq̄e ciues  
 Aula cœlestis. Micuēre magnū  
 Nomen & sidus, nec inane cūiquam  
 Ritē precanti:  
 Siuē ferratas Nomadum catenas,  
 Siuē palleret rabiem Charybdis  
 Naufragæ, vel quæ mala luctuosus  
 Astruit orbis.

Tu-